

Pedunculi fragmentum 2 cm longum visum, applanatum, 8 mm latum, setis nigris, numerosis praeditum, fusco-furfuraceum. Rhachis 3 cm longa. Rami 22, parvi, longiores 5 cm longi. Flores ♂ numerosi, undique pedicellis parvis sed conspicuis insidentes, ♀ per totum ramum dispersi. Fructus globosi, i. s. cum perianthio 12 mm alti et lati, apice latissime mamillati, summo apice cum stigmatibus depresso. Perianthium fructiferum humile, patelliforme, 2,5 mm altum. Calyx humilis, perianthii fundum vix superans. Corolla margine truncata. Cupula staminodialis nulla. Putamen depresso-turbinatum, 8 mm altum, 10 mm latum.

Costarica: Sarapiqui (H. Wendland).

Hiervon kann ich nicht unterscheiden einen Wedel unter der Bezeichnung *Bactris villosa* H. Wendl. Costarica, Sarapiqui, 1857. Es handelt sich wohl um die bei Hemsley Biol. Centr. Amer. III (1882/6) 413 unter diesem nomen nudum aufgeführte Palme.

60. *Bactris Standleyana* Burret nov. spec. — Caudex tenuis, „spinosus, 3—4 pedes altus“, quam $\frac{1}{2}$ cm in diam. paulo crassior. Petiolus tenuis, inermis. Vagina setosa. Rhachis 13,5—17,5 cm longa. Lamina simplex, ad dimidium vel potius profundius bifurcata, ad 38 cm longa, ad 24,5 cm supra bifurcationem in diam., ambitu circ. obovata, basi obtusa vel fere rotundata, tenuis, utrinque viridis, nervis primariis utrinsecus 14 percursa, lobis ovato-oblongis, breviter acuminatis, in margine superiore 22 cm circ. longis, supra glabra, subtus pilis brevibus tenuibus, flavidis hirsuta. Spadix parvus. Spatha superior in parte fusiformi-ventricosa 9 cm longa, furfuracea atque setis fuscis, 1 cm circ. longis, numerosis praedita. Pedunculus, ut videtur, longitudinem partis ramosae aequans vel superans, tenuis, pallide furfuraceo-tomentosa. Pars ramosa 4,5 cm, rhachis 2,5 cm longa. Rami 5, parvi, tenues, pallide piloso-furfuracei. Flores ♂ per ramum undique dispersi, ♀ irregulariter in toto ramo dispositi. Fructus immaturi visi virides, parvi, ovati, 13 mm longi, 10 mm in diam., leviter rostrati, inermes atque glabri, tenuissime striati. Perianthium explanatum, humile, glabrum, inerme, striatum, tenue. Calyx parvus, quam corolla 2—3-plo minor, obscure 3-angularis. Corolla obscure 3-angularis, ad marginem demum levissime incisobulbata. Tubus staminodialis nullus.

Costarica: Prov. Guanacaste, bei Tilaran, 500—650 m, feuchter Wald (Januar 1926 — Paul C. Standley et Juvenal Valerio n. 44446).

61. *Bactris Pickellii* Burret nov. spec. — Palma 1 m circ. alta. Caudex arundinaceus, circ. 0,5 cm in diam., internodiis 3—4 cm longis. Frondis vagina decidue fusco-furfuracea, setis nigris, parvis et usque 1 cm longis, sat crebris praedita. Petiolus circ. 18 cm longus, tenuis, setis longioribus descriptis obsitus. Lamina paucisecta,

segmentis 2—3 utrinsecus, \pm latis et irregularibus, sigmoideis, nervis primariis utrinsecus 10 percursa, tenuis, supra nitens, subtus pilis tenuibus, brevioribus, densis velutina. Rhachis ad 30 cm fere longa, inermis vel setis aculciformibus perpaucis, subtus cinnamomeo-furfuracea. Segmenta apicalia latissima, nervis primariis compluribus, in margine superiore ad 20 cm longa, basilaria nervis primariis, ut videtur, plerumque 2 percursa, intermedia nervo primario unico, praeter apicalia, ut videtur, longe, anguste, forsan caudato-acuminata. In facie superiore frondis nervuli transversales, undulati, tenues conspicui. Spadicis spatha superior circ. 11 cm longa, longe acuminata, extus pallide tomentosa et setis atrobrunneis, ad 1 cm longis, saepe undulatis dense oblecta. Spadix ramis 3, parvis. Flores ex insertionibus et floribus φ insidentibus in spadice vetustiore irregulariter dispositi, φ pauci hinc inde, ad basin et ad apicem spadicis, σ 2 dextra sinistra superpositis, sed etiam inter illos σ geminis et solitariis sine φ interpositis. Flores σ et φ irregulariter in ramis dispositi, juvenes ex spatha inaperta, σ sepalis breviter basi connatis, lanceolato-linearibus, supra calycem corpus cupuliforme, obconicum, sat altum, forma corollae, sed omnino solidum, apice petalorum lobis breviter 3-lobatum. Stamina 6 in apice stipitis cupuliformis. Filamenta visa brevia. Antherae lineares, dorso supra basin affixae, basi sagittatae. Flores φ : Calyx humilis, sat explanatus, 3-dentatus, glaber. Corolla nonnihil altior, 3-dentata, glabra. Cupula staminodialis nulla. Gynaecium glabrum, inerme. Fructus immaturi quam pisum nonnihil majores, subglobosi vel depresso-turbinati, sat robuste rostrati, glabri et inermes, longitudinaliter striati. Perianthium fructiferum explanatum, suborbiculare, 0,5 cm in diam. Corolla radialiter nervoso-striata. Calyx quam corolla tenuior, enervius, 3-lobatus. 2 mm in diam.

Pernambuco: Tapera, meterhöhe Palme des Hochwaldes (Mai 1927 — D. Bento Pickel n. 705).

62. *Bactris tomentosa* Mart. Hist. Nat. Palm. II (1823) 100, tab. 73 A, fig. 3, 4; Drude in Fl. Bras. III. II (1881) 336.

Brasilien: In feuchten, überschwemmten Wäldern am Rio Solimoes, „Uricana brava“ (Martius).

Blüten habe ich nicht gesehen.

Die Abbildung der Wedel ist nicht gelungen, es sind in Wirklichkeit weit mehr Fiedern vorhanden, die stärker sigmaförmig gekrümmt, breiter und in eine sehr lange und schmale Spitze schwanzartig vorgezogen sind.

63. *Bactris capinensis* Huber in Bol. Mus. Goeldi VI (1910) 60.

Brasilien: Am Rio Capim, in der Capocira alta, bei Approaga und St. Anna (J. Huber n. 473, 710, non vidi).